



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm  
Christianarvm Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Cap. XIIIX. De morte Adriani, & imperio Antonini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

40 HAYMONIS HISTORIÆ

Scipulorum Christi contemporaneus, cuius insignes libri habentur, disputationibus & scriptis eos confusat, adeo ut cito evanescentibus prædictorum hæreticorum figmentis, felix efficiatur fama Christianorum: Ita ut omne genus hominum, patriis legibus & superstitionibus derelictis, à Diis ad Dominum Iesum concurreret, & discere ab eo, qui mitis est, & humilis corde, festinaret. *Adrianus regnat annis XXI.* *Thelesphorus* sedit annis XI. *Hyginus* sedit quatuor annis. *Pius* sedit annis XII.

CAP. XLIX.

*De morte Adrianii, & imperio Antonini.*

Interea moritur *Adrianus*, & imperat *Antoninus*, cognomento *Pius*. *Telephorus* martyrio resolutus decidit; *Hyginus* succedit Apostolati: sub quo *Valentinus*, *Cerdo*, & quidam *Marcion*, figmenta hæretica dogmatizant. Hygino autem deceidente Romano, *Pius* fungitur sacerdotio. *Marcus* substitutus Alexandriæ, *Eumenide* defuncto; sed & Marco post x. annos mortuo, *Celadion* ejus gubernat Ecclesiam. *Pius* vero in urbe Roma, expleto sacerdotio, *Aniceto* sedem reliquit: sub quo *Egesippus* Romanum venit, ibidem permanens usque ad Episcopatum *Eleutherii*, qui fuit post *Anicetum*. Tunc & *Iustinus* Philosophus Christi, & fidei nostræ contra Marcionem, tam viva voce, quam libris defensor, scribit ad Antoninum librum de Christiana religione, & obtinet gratiam pro nostris.

CAP.